

R É S U M É

Nada Proeva: DEUX AUTELS D'HÉRACLÈS DE LA RÉGION DE TIKVEŠ

Le bref article représente une contribution en faveur du culte d'Héraclès dans la région de Tikveš.

Les deux autels sont repérés pendant la révision des monuments épigraphiques ayant pour but la préparation du Corpus des inscriptions de la Macédoine romaine. Tous les deux sont anépigraphiques et leur attribution au culte d'Héraclès est faite d'après la représentation des attributs les plus connus d'Héraclès: la massue et scyphos—cantharos. (1). Il s'agit d'une représentation abrégée d'Héraclès bibax ou de la scène du lectisternium, dont la prédilection à l'époque romaine est bien attestée.

Les deux analogies que j'ai trouvés à nos autels (ayant la même représentation) se trouvent: un à Pola (Pula) avec la dédicace mais sans mention d'Héraclès (18), l'autre à Rome (19) avec la dédicace: „Herculi vovit“.

Quant à la datation de nos autels il est difficile de la préciser à cause d'absence d'inscription et de la rusticité du travail.

On a l'impression que l'autel de Dolni Disan est inachevé. Dans tous cas ils appartiennent à l'époque romaine, pendant laquelle au moins deux autels sont attestés dans la région de Tikveš (21) ainsi que d'autres monuments en liaison quelconque avec Héraclès: l'inscription de Resava³⁸ les plaques votives de Kavadarci (22) Stobi (23—24) Nebregovo (26) et de Kostinci (25); et les stèles funéraires de Pelagonie (28—32) pour lesquelles l'héroïsation des défunts est caractéristique (27). A Stuberra (34) (Čepigovo) est attesté un prêtre d'Héraclès dont la sanctuaire n'est pas toujours repéré faute des fouilles restreintes.

Примено, 17. IV 1985

Drago Gervais:

P I P A — F U M I S U G I U M

Clamabat hodie per domum fremens avus
Et cuncta cunctosque exsecrabat devovens,
A quopiám quod esset erreptum sibi
Furto suum praesigne fumisugium.

Lares avus turbavit omnes admodum;
Folem cecidit atque vicinos quoque ex
Somno excitavit et catillum fictilem
Perfrégit et aviám furéntem reddidit.
Erat status profecto apud nos horridus.

Infausta tandem fistuláta haec cápsula
Casu secundo inventa avi sub pileo est.

Ljubljana

Vertit: S. Kopriva

Narodna iz Rezije:

OJ TA ROŽICA — FLOS HIC MEUS
(Carmen popolare Slovenum ex Rezia)

Flós astútus híc meús
Cánere nóctu mi meat
Cunctis dormientibus.
Ei die cantabo ego,
Quando omnes foris erunt
Cunctis audientibus.

Vertit: S. Kopriva

Ivan Cankar:

VEČERNI MRAK — VESPERTINA CREPUSCULA

Véspertína crepúscula
Expandunt chlamidém nóctiferám suám,
Per templi tenebras preces
Coetus volvit in hac pace recondita.
Ast in corde meo quies
Haud est, quomodo nempe esse potest mihi?
Quis desiderii mare
Mi sedare sciat, quis moderarier?
Non altare oculi mei
Spectant, quod tenebris undique tegitur,
Eius sunt oculi duo,
Aurorae geminae, quale decus beans!
Quae non eveniunt, in his
Optatis facile haud adspicere est diem;
Quantumvis ego non amer
Abs te, nil volo iam continue pati.
Tete amplector et osculor.
Ne non mi manibus mollibus in tuis
Extinguatur hic igneus
Aestus saevaue vis pectoris exciti...
En altare micantibus
Splendescit nitide luminibus dem,
Templo suaviter organa
Voces eliciunt magnificentia.
Mi visum est quasi concinant:
„Submissi genibus corde precamini,
Etsi cor refugit dolens,
Coelo ferte preces ac patiamini!“

Vertit: S. Kopriva.

Alojz Gradnik:

D E P R O F U N D I S

Mepte falx non messuit,
 Ut ros mane ego fui,
 Solis ardor quem bibit.
 Orbis haud sum res adhuc.,
 Nunc rosa haud sum nec lapis,
 Solum flamma lucida,
 Cara, care, sum tibi.

Ljubljana.

Vertit: *S. Kopriva*

Alojz Gradnik:

ŠKRJANČEK — ALAUDULA

Ád nubés alaudula,
 En, volavit edite.
 Inde agrestibus vocat:
 „Heus, profunde arate, vos!
 Nunc arate, vos viri,
 Seminate triticum,
 Ut coquatis tempore
 Brumae liba dulcia!“

Advolat alaudula
 Tum deorsus ad solum
 Et fritinnit vivide:
 „Heus, arate, vos viri,
 Fódite, fóssorés, simul,
 Nunc arate, fodite, vos,
 Et datote quid mihi,
 Quándo hilarés autumnó agri
 Demetetis munera!“

Ljubljana
Priljeno 20. IV 1984

Vertit: *S. Kopriva*